

ejus explorant filios hominū. Sic habet Gallica versio emendata: L' Eternel sonde le juste & le meschant: & son ame hait celui qui aime extorsion.] *& amantem violentiæ odit anima ipsius* [Vulg. Qui autē diligit iniquitatem, odit animam suam: perperam, nam אהב non est nominativi, sed accusativi casus hoc loco: deinde נפש non est accusativi, sed nominativi casus hoc loco; & שונא non est masculinum, sed femininum; proinde נפש non regitur à verbo שונא, sed ei convenit numero, genere & persona. Vulgata igitur versio est vitiosa, & id quod Dei est, tribuit homini improbo.]

6. *Depluet super improbos* [Vulg. peccatores. Sed discrimen est inter improbos & peccatores, ut Psalmo primo dictū.] *laqueos,* [sic habet etiam Vulgata. Alij exponunt prunas: sed nomen נאנדה est plurale נאנדים, significat laqueum; ideo hoc loco vertendum laqueos, monet Mercerus in Thesauro Pagnini in voce נאנדי: & Fr. Vatablus vertit laqueos, ut etiam Gallica interpretatio habet.] *ignē & sulphur:* [Vulg. ignis & sulphur. conjungit enim hæc verba cum sequente membro, repugnante distinctione Hebraica: nam נפרית habet accentum Athnach.] *& spiritus procellarum pars calicis eorum* [scil. futurus est לעפפה dicitur turbo, hoc est, ventus vehementissimus, vi extraordinaria aërem impellens, &